

1728.

1. Becker, Iohannes Hermann: De honestitate naturali
bonitatis moralis non conharia.
2. Munkel, Ioh. Th. Fr. : De cunctis artificiis.
3. Westphal, Ernestus Fridericus : De indeinde practica
juris Lubecensis in cunctibus Mecklenburgicis.

1729.

1. Campon, Jacobus : De orthodoxia jureconsultorum.
2. Campon, Jacobus : De intentione probabilitatis.
non privata
3. Munkel, Ioh. Th. Fr. : De crescente pecunia.
4. Triebniger, Ioh. Henr. : De photografia vera
~~in photophysiologia philosopho virtuoso~~.

1730

1. Becker, Iohannes Hermannus : De experientia metre
scientiarum

1730

2. Mantzel, En. Th. Fid: De cum s. Seraphini
in iuris prudentia
3. Linus, Henr. Tacitus: De amicitia honoris misericordie
conditiones cum viro magno.
4. Trichtmeyer, Iohann Heinrich: Cur errores et falsi-
tates facilius, quam veritas propagantur.

1731

1. Becker, Adolph Hermann: De adulteris brutorum
sive de confusione specimen, hucus ab locis
urbis proh! impedita
2. Carmon, Tacitus: De practis inter crederem et
dubitarem invalidis
3. Carmon, Tacitus: De regula in fustra leges
invocat, qui contra leges committit
4. Mantzel, En. Th. Fid: De honorifica Divisione
innocentium.

1731

5. Mankel, Dr. iur. Fris: Turis Mecklenburgiae
privati historia & fontes.

6. Mankel, Dr. iur. Fris: De consumis testi officia
jus in actionibus legibus obviis

7. Mankel, Dr. iur. Fris: Turis Mecklenburgiae
privati specialia

1732.

1. Mankel, Dr. iur. Fris: De ablatione juri

2. Mankel, Dr. iur. Fris: De mandato praesunto

3. Mankel, Dr. iur. Fris: De actionibus rei domini
a beneficiis sacerdotali petitis

- 10
2. Ingetilende sind nicht aufgeblüht
aber sie sind alle entfalt
und aufrecht gewachsen, haben aber sehr spärliche
Blüten, die aber recht groß und
ausdauernd sind.
3. Ingetilende sind nicht aufgeblüht
aber sie sind alle entfalt
und aufrecht gewachsen, haben aber sehr spärliche
Blüten, die aber recht groß und
ausdauernd sind.
4. Ingetilende sind nicht aufgeblüht
aber sie sind alle entfalt
und aufrecht gewachsen, haben aber sehr spärliche
Blüten, die aber recht groß und
ausdauernd sind.
5. Ingetilende sind nicht aufgeblüht
aber sie sind alle entfalt
und aufrecht gewachsen, haben aber sehr spärliche
Blüten, die aber recht groß und
ausdauernd sind.
6. Ingetilende sind nicht aufgeblüht
aber sie sind alle entfalt
und aufrecht gewachsen, haben aber sehr spärliche
Blüten, die aber recht groß und
ausdauernd sind.
7. Ingetilende sind nicht aufgeblüht
aber sie sind alle entfalt
und aufrecht gewachsen, haben aber sehr spärliche
Blüten, die aber recht groß und
ausdauernd sind.
8. Ingetilende sind nicht aufgeblüht
aber sie sind alle entfalt
und aufrecht gewachsen, haben aber sehr spärliche
Blüten, die aber recht groß und
ausdauernd sind.
9. Ingetilende sind nicht aufgeblüht
aber sie sind alle entfalt
und aufrecht gewachsen, haben aber sehr spärliche
Blüten, die aber recht groß und
ausdauernd sind.
10. Ingetilende sind nicht aufgeblüht
aber sie sind alle entfalt
und aufrecht gewachsen, haben aber sehr spärliche
Blüten, die aber recht groß und
ausdauernd sind.
11. Ingetilende sind nicht aufgeblüht
aber sie sind alle entfalt
und aufrecht gewachsen, haben aber sehr spärliche
Blüten, die aber recht groß und
ausdauernd sind.
12. Ingetilende sind nicht aufgeblüht
aber sie sind alle entfalt
und aufrecht gewachsen, haben aber sehr spärliche
Blüten, die aber recht groß und
ausdauernd sind.
13. Ingetilende sind nicht aufgeblüht
aber sie sind alle entfalt
und aufrecht gewachsen, haben aber sehr spärliche
Blüten, die aber recht groß und
ausdauernd sind.
14. Ingetilende sind nicht aufgeblüht
aber sie sind alle entfalt
und aufrecht gewachsen, haben aber sehr spärliche
Blüten, die aber recht groß und
ausdauernd sind.
15. Ingetilende sind nicht aufgeblüht
aber sie sind alle entfalt
und aufrecht gewachsen, haben aber sehr spärliche
Blüten, die aber recht groß und
ausdauernd sind.
16. Ingetilende sind nicht aufgeblüht
aber sie sind alle entfalt
und aufrecht gewachsen, haben aber sehr spärliche
Blüten, die aber recht groß und
ausdauernd sind.



400.
Q. D. B. V.

DISSE^TAT^IO ACADEMICA,
DE

CRESCENTE PECUNIA,

Ob, und wie weit ein Rechts-Ge-
lahrter bemerken müsse, daß jetzt mehr
Geld in der Welt sey als vor diesen.

Quam

CONSENSU MAGNIFICI JICTORUM ORDINIS,
IN ACADEMIA VARNO-BALTHICA,

P RÆSIDE,

DN. ERN. JOH. FRID.
MANTEL,

JUR. UTR. & PHIL. DOCT. ac MORAL. PROF. ORD
STUDIORUM SUORUM PROMOTORE

COLENDISSIMO,

Anno MDCCXXIX. d. 16. Julii

H. L. Q. C.

defendet

SIMON CROLL, *Ciza-Missn.*

Jur. Utr. Cultor.

ROSTOCKII,

Typis NICOLAI SCHWEGEROVII, Ampl. Senat. Typogr.

6

17293.

ILLUSTRI atque EXCELLENTIS-
SIMO DOMINO,
DOMINO
JOACHIMO
OTTONI,
DE
BASSEVITZ,
Equiti Ordinis Imp. Russ. S. Alexan-
dri, Regiae Celsitudinis, Serenissimi Ducis Regnantis Hol-
satiae Consiliario Intimo, nec non Serenissimi & Re-
verendissimi Ducis Holsatiae ac Episcopi
Lubecensis Ministrissimo,
Maximæ Fidei Viro,
Hæreditario in Dalvitz, Wentfeld & rel.
&
DOMINO MEO GRATIOSISSIMO
MECOENATI MAGNO,

hanc tenuem Dissertationem,
ceu testimonium devoutissimæ mentis
sacram cupit

SIMON CROLL

VIR ILLISTRIS atque EXCEL-
LENTISSIME!

MECOENAS MAGNE!

Si verum est , Vir Illustris !
ea, quæ illustria sunt, omnium
oculos atque animos ad se tra-
here , sane ego , ceu insimus
cliens , ita in Vestram Excellentiam
tractus sum , ut tantis motibus perfusus
mibi videar , qui mibi promittunt ea, quæ
distincte exponere non valeo . Tantum
autem scio , quod in Vestr. Excell. id
collo-

collocaverim devotissimæ fiduciaæ , ut post
DEum mibi nemo major sit inter illos
quorum patrocinio tenuitas sese concre-
dere audet. Veniam igitur det Vestr.
Excell. mee audacia, & quia solent Ma-
gni Viri neminem tristem a sua facie di-
mittere , liceat & mibi fatorum meorum
serenitatem a Vestr. **Excell.** sperare,
petere. Tanta igitur erit tam Magni
nominis veneratio , quanta est V. E. in
bonas literas dudum inclarescens propen-
sio, Et neminem patiar majori alacritate
& studio in id laborare ut tecum appel-
letur

VESTRÆ EXCEL- LENTIÆ

Devotissimus Cliens.



PRÆFATIO.



Empora mutantur & cum tempore omnia;
Et sicut ridens esset, qui majorum & ante
secula usitato vestitu & habitu braccatus in-
cederet, sic etiam illis in Juris articulis, qui
tempore mutationem passi sunt, hand sobrie
judicaret, qui immota mente & ratione ad an-
tiquas syllabas crasse respicere vellet. Antiquissimum equi-
dem solet esse verissimum, sed quod hoc distierum non de-
beat vel possit obstatre mutatae & mutanda rationi status ipsa
res loquitur.

Cogitetur de Ordinationibus Politicis; Quis tam barba-
rus esset, ut observabiles assimilaret hodie die alten Kleider
Hochzeit und andere dergleichen Ordnungen? quis quofo Lubeca
obligaretur filiam suam elocare in terminis antiquis & ornata
vel onerata mit Hoyken, mit zweien Überrocken von Grobgrun,
mit 7. Untervöcken von Macheyer etc.

Idem hoc ulterius declaraturi sumsimus materiam de
mutatione pecuniae & mutato inde rerum pretio. Videamus
igitur num in Jure vel constituendo vel constitutio utiles no-
bis subortae sint meditationes. Putamus enim academicis
scriptoribus licere etiam de Jure constituendo agere, nec fe-
rit nos vulgatum: *Non de Legibus, sed secundum Leges est judican-*

dum

A

dum, quia illud cum grano salis in Germania accipendum esse, dudum expositum habemus; Si quis enim de Legibus Romanis in Germania judicare negligereret, sanc cœcus & balbus in foro & cathedra esset, ut taceamus, etiam in ipsis legibus domesticis, per secula observatis, mutata rerum & temporum facie mutationem & reformationem esse admittendam, & quamvis hoc non videatur esse Juris Interpretum, tamen Jurisprudentiarum consulariorum & Academicarum libertati id largiendum esse, nemo ibit inficias.

Fiat igitur dissertatione academica. more nostro, h. e. positionibus generalioribus constans, examinansque *MUTATA RERUM PRETIA OB PECUNIAE ABUNDANTIAM*; Ob und wie weit ein Rechts-Gelehrter bemerken müsse, daß jeso mehr Geld in der Welt sey als vorzeiten.

Exposito ita dissertationis Titulo, liceat nobis quoad hunc actum abire a consueta alias methodo exponendi vocabula in rubro obvia; Haud difficulter quidem possemus differere de pecunia origine, de nummis & monetis, possemus varias movere questiones generales; Sed difficulter actum agimus & fines dissertationis per allotria egredimur. Doctorum allegationibus, quibus alias solemus dissertationes diversicolores reddere, hac vice prohibet ut thema, quippe quod in terminis tractatum penes nullum hactenus invenire licuit, licet de mutatione monetæ alio fine concepta excenta occurrant scripta. eeu docet inspectio Bibliothecarum Juridicatum, Vid. f. z. Tractat.

Faxit DEUS T. O. M. ut in veritatis & æquitatis maneamus tramite; Benedicat ille qualibuscumque nostris laboribus scriptoriis, quos non suscipimus ob vanam quandam ostentationem, sed quos pro offici ratione inter varias occupationes extemporaneis positionibus absolvimus. Hæ dicta sunt illis, qui nihil agentes aliorum acta rodere assolent.

TRA-

TRACTATIO.

§. I.



Olumus jam acrem illam disputationem nostram facere: *An in munio tempus contractus an vero solutionis sit attendendum?* Ad nauseam usque enim illa causa jam est ab aliis explosa, & quæ jam perlustranda sumsumus, fundamentum non habent in mutatione unius vel alterius monetae specie, sive sint Ducati, sive aurei rhenenses, sive thaleri, sive crucigeri, etc. vulgo da ein und anderer Landes-Herr seine Münze zum Steigen oder Fällen verändert, oder da sonst eine reduction geschrieben, oder gewisse Münz-Sorten nicht mehr in der ehemaligen abondance zu haben; Sed in genere versabimur circa pecunia mutationem, exposituri, Das das ganze Münz-Wesen überhaupt verändert, und das jeho die quantitäten nicht mehr ähnlich sind den ehemaligen.

§. II

Qui interea de illa controversia legere quædam cupit, evolvat Excell. Dr. Consil. Mecklenb. ORTHLINGII diss. in ang. Pres. R. SCHOOPFFERO 1701. habitam, probantemque quam solidissimè, *in nummis non substantiam sed quantitatem esse attendendam*, ubi inter alia eruditæ observata etiam Cap. II. §. 15. monstratur, quod plurimum hæc DD. controversia in logomachiam abeat. GAIL. L. 2. Obs. 73. MINSING. Cent. 4. Obs. Cam. n. 6. qui Praxin Cameræ quoad attendendum tempus contractus urget, CARPZ. p. 2. C. 28. d. f. 4. r. 3. 599. PACHIN. Liber. 2. Controu. Jnr. c. 10. ill. WERNHER. Observ. For. P. 1. Obs. 169 & presertim Suppl. ad illam Obs. P. VI. p. 175. STRYK. Caut. Contr. Sect. 2. c. 1, §. 21. ibique allegatos inq. sexcentos alios.

§. III.

Nostri igitur instituti ratio eò tendit, ut investigemus, quanta sit diversitas inter pristinum & hodiernum pecunia statum indeque orientem pretiorum considerationem, vulgo enim notum est, Das man mit einem Thaler vorzeilen se viel habe ausrichten können, als nun mit 5. ja wohl gar mit 10. und das der Unterschied fast von 30. zu 30. Jahren sey verspilret worden.

§. IV.

Veritatem hujus asserti exemplis confirmare superfliuum est, quia in omnium ore & experientia hoc veratur; Inspiciantur modo instrumenta quædam antiquæ, præsertim emtionis venditionis celebratæ, & comparetur pretium inibi expressum hujus vel illius fundi Trezolani cum hodierno, profectò diversitas ad alterum tantum usque fere prodet. Nec sine Fundamento sunt illæ narratiunculæ de operiorum tenui mercede, de rerum venialium & annonæ præsertim aestimatione levissima in comparatione nuda quantitatibus cum moderna. Non lubet hisce notoriis immorari, secus possemus ex omni Historia & Jure, Publico nimurum, Feudali, Civili & criminali exempla depromere: Imo consultò abstinebimus ab illis quæ Jus Privatum egrediuntur, id quod præmonendum quasi adhuc duximus.

§. V.

Fundamentum hujus rei si quæsiverimus, capiantur sequentia: Antiquus status Kerump. & præsertim Germania longè alius erat, ac hodiernus; Nostri Majores non adeo viscera terræ per vestigiarunt, ut metallæ nobilitate exinde depromerent. Testis quoad antiquissimos nostros tritavos est TACITUS, Libr. V. de situ, moribus ac populis Germania Cap. V. verbis: Argentum & aurum, propitiis, an irati Di negaverint, dubito. Non tamen affirmaverim, nullum Germaniam argentum aurumve gignere, quis enim sermatus est? Quæ verba Cl. Da. Prof. Helmst. ERH. RELLSCHIO occasionem dederunt scribendi dissertationem de Originibus metallifodinarum in Germania, an. 1725. Et quam

quam

quam docente ipso Reuschio Tacitus aliquantulum erraverit, quia antiqui Germani aliquid æris fodere sueverunt, recte tamen se habet, quod successu temporis & ævo juniori tantum creverit sollicita investigatio, imo quod olim ferti magis ad arma fabricanda quam auri & argenti habita fuerit ratio.

§. VI.

Seculis igitur a nobis proximis crevit auri fames exterræ latibilis exsatianda, donec tandem hodie ad tantum fastigium ascendit, ut multa cura quotidie laboretur in effodiendis opibus, irlitamentis malorum. Historiam plenius dabit *Cl. D. Fr. Ern. BRUCKMANN*, opere suo sub tit. *Magnalia DEL in Locis subterraneis*, p. 2. En igitur evidenter cauam crescentis pecuniae abundantiae.

§. VII.

Accedit autem, quæ hoc loco maximum fæcit punctum Navigatio ad Indos occidentales sive Americanos seculo demum XV. exente frequentari copta; Habemus igitur aperissimum Fundamentum tantæ copiæ pretiosioris metalli, quæ indies pretia rerum aucta reddidit, adeo ut quavis periodo semiseculi ea sentiri & animadverti possint. Et quamvis aliquando demonstratio data sit, quantum auri & argenti quotannis per luxuriosa vestimenta & inaurationes in nihilum redigatur, tamen hoc non obstante, in comparatione ad pristina tempora pecuniae longe alia est facies. Prævixit nobis in terminis *Excell. JCctus Helmstad.* AUG. LEYSERUS Meditat. ad Pandect. Vol. III. Spec. 155. mod. 13.

§. VIII.

Sicuti autem unius rei plura possunt esse fundamenta, sic etiam præter allegatam crescentem auri argentique copiam pretia rerum hodie aucta esse evenit, in prædilis rusticis, agris & campis præsertim, ex meliorationibus, quas in Jure nostro impensas utiles appellamus, quia rem non quidem conservant ab interito, ait fructum augent juxta l. 79. ff de V. S. quas in Feudali Jure dicimus fieri deboscando (*Vernacula nostra*

nostra dicimus aufrhaben.) fodiendo, piscinas, molendina,
& alia adorando, Conf. 2. Fend. 28. Legatur etiam multis B.
TORNOW in Jure Fend. Mecklenb. P. 2. p. 313. qui veras me-
liorationes enarrat & a spuriis accurate eo ipso distinguit.
Postquam enim studium economico-practicum magis ma-
gisque excolitur, suadente talem philosophiam splendore rei
familiaris, quem alias ferre redditus avorum, qui tot phaleris
& pedissequis noa utebantur; Postquam majora in quamvis
rem impenduntur artificia, pretia rerum utique crescere de-
bent. Imo denique ipsa monetæ mutatio quoad bonitatem in-
trinsicam das Schrott und Koen quæ cum extrinseca den Wöhrt
vid. REINKING. de Retract. Consangu. qu. 6. p. 240. COTHM.
Vol. 1. Resp. 34. n. 18. sqq. non concordat, magnum inter alia
est fundamentum tantæ diversitatis. Leg. B. Joh. Phil.
SLEVOGTTII diss. de Rei numismaria mutatione p 29. Ill. WERN-
HER, Observ. For. P 1. Obs. 169. qui ita judicat: Observandum
enim est, auta vel imminuta bonitate moneta extrinseca, augeri
etiam vel imminui rerum pretia, ut hic, quo pluribus grossis ho-
die thalerus estimatur, èd deteriores grossi illi propter auta rerum pre-
zia censeri debeant. Docet etiam eodem loco Consummatiss. ille
JCus quanta sit differentia inter den Reichs-Tüs, Leipziger Tüs
und Zinnischen Tüs, quam in controversiis huc spectantibus
sequis arbiter accurate noscere debet. Legaturetiam l. 1. C. de
Veteris numismatis potestate Libr. XI, ex qua notanter colligitur,
quod jam ante Justiniani tempora hujus capititis fuerit obser-
vatio, sunt autem verba legis: Pro imminutione qua in estimati-
tione solidi forte trattatur omnia quoque pretia specierum decrescere
operari.

S. IX.

Sed forte magis operosi sumus, quam causæ id exigit
necessitas, supponere etiam licuisset verissima hæc esse, &
rem paucis huc redire: Das heutiges Tages 100. Oktblt. deins
Lützen nach nicht so viel importiren als vorzeiten, und das da-
her was man vor einer ziemlichen Zeit vor so und so viel lauf-
fen, miethen &c. können, nun vor eben se viel lange nicht zu haben.
Conf.

Conf. Excell. Dn. LEYSERUS loc. cit. & mox verbotten exscri-
bendo.

§. X.

Monstratis igitur & veritate & fundamento tantæ mu-
tationis pecuniae & pretii rerum, nihil magis sobrium esse
videtur, quam in casibus obvenientibus illius habere ratio-
nen; Justitia enim ea est virtus, quæ suum cuique tribuit,
adeo ut a nullius justiori petitione distrahamur, & ne alter
cum alterius damno fiat locupletior, & ne unus habeat ini-
que plus & alter inique minus; Urgent hoc idem in specia-
libus leges scriptæ, v. g. l. 3. ff. de Reb Cred. & instar omnium
l. 99. ff. de Solvi. ita sonans: **DEBITOREM NON ESSE CO-**
GENDUM IN ALIAM FORMAM NUMMOS ACCIPERE,
SI EX EA RE DAMNUM ALIQVOD PASSURUS SIT.
Experiamur autem, an hujus meditationis applicatio in jure
constituto locum inveniat, ut & quounque in jure constitu-
endo utilis, videamus.

§. XI.

Formabimus, quo hoc rite fiat, quosdam casus, quorum
decisionem, salvo tamen semper rectiori, dabimus. Prius-
quam autem hoc facimus, cogitandum erit de difficultate
caleuli; Licet enim certissimum etiam esset, dicta mutatio-
nis habendam esse rationem, nulla tamen dantur tutæ principia,
juxta quæ calculum formare etiam artificiosissimo arithmeticò
vel solertissimo mercatori & Collybistæ integrum esset, vaga
enim, & in genere quidem, non autem in specie, ratione quan-
titatis definitæ, manet propositio: **Das heutiges Zages 1000.**
Ahlr. se viel nicht heissen mögen als vorzeiten.

§. XII.

Sed Excell. Dn. LEYSERUS Medit. ad Pand. Vol. III. Spec.
§. med. 1. hanc difficultatem bene observans, eandem tol-
lere, speciatim quoad actionem pignoratitiam, docuit; Audi-
amus eundem: Oportebat, inquit, **actionem pignoratitiam ARBI-**
TRARIAM fieri, & Debitorum pignus relucens non in id, quod
majores ejus olim accepterunt, sed in maiorem summam **EX ALIQVO**
ET

ET BONO damnari. Verissimum est, Jure Romano singulares quasdam fuisse actiones arbitrariorum, quibus ex aequo & bono, prout cujusque rei, de qua actum, natura exigebat, condemnatio secuta s. 31. l. de Act. Imo verum est, licet non amplius in terminis Romanis habeamus actiones arbitrariorum, quod tamen omnes nobis arbitrariorum, eo sensu, ut Judicibus competit arbitrium ex aequo & bono. Vid. B. LUDOVICI Usus Prat. Disinct. Jurid. ad Libr. XLIV. Pand. Tit. 7. Disp. 15. Nil igitur obstat, quin quasdam actiones nominemus per excellentiam arbitrariorum, & quin eò referamus illas omnes quae fundamentum in mutata pecunia ponunt. Sed deveniamus ad casus, quo thesis per hypothesin lucem accipiat.

CASUS PRIMUS.

Titius hat Lucio 10000. Rthlr. vor 100. Jahren sub pacto antichretico 10000. Rthlr. vorgeschossen; Nun wollen des ersten Debitoris Nachkommen das Pfand-Guth reliuiren, und offeriren die 10000. Rthlr.; Jezige Besizere excipiren: Das gehe nicht an, Sie müssen nun weit mehrers haben der Quantität nach, damit dadurch die Qualität des damahlichen Pfand-Schillings exquireret wärde, angesehen sich das Geld in so viel Jahren, wenn man betrachtete, was damit anzukauffen und auszurichten, ungen mein verändert hätte.

Quæritur: QVOMODO JUDICANDUM?

s. XIII.

RESP. Putamus certum & evictum esse, quod actio pignoratitia sit infinita, unde ad actus mere facultatis reluitio referri solet; Vid. BRUNNEM. ad L. 9. ff. de Pignorat. act. n. 9. & Cons. 120. LEYSER. Medit. ad Pand. Vol. & Spec. alleg. qui quosdam dissentientes allegat, & multis STRYK. II. Med. Pand. ad Tit. de pignorat. act. Imo centum alii. Constat igitur nullum in toto jure dari posse casum, in quo quæstio de mutatione pecuniae magis obvenire possit, ob antiquitatem scilicet contractus.

s. XIV.

§. XIV.

Novimus, quam delicata sit ratio contractus pignoratitii sub pacto antichretico, adeo ut, nisi sibi rite prospexerit Creditor, praesertimque per pactum adjectum rationum redditionem futuram excluderit, vacuuus expellatur potius, quam soluto debito dismittatur. Audiamus B. STRYK. *Caut. Contr. Sect. II. cap. 4. §. 22.* ita differentem: *Cum vero admodum dura sit conditio Creditorum ratione fructuum ex pignore redundantium, dum non tantum rationes reddere de fructibus perceptis,, sed & percipiendis, quos scilicet ipse Creditor percipere potuisse, tenetur, l.3. C. de pign. art. BACHOV. de Pignor. Libr. V. c. 22. ob quam casum sapientis contingit, ut Creditores amplissimas possidentes hypothecas & credito suo & hypotheca simul excidant, & ipsi creditores, debitores fiant. Hoc vero sequenti modo evenire posset, si fructus, qui singulis annis percipi potuerunt primum in usuras imputentur, & quod superest, sorti detrahatur, quo casu sors non tantum, sed & usura singulis annis minores sunt, & tandem penitus absorventur. Hinc admodum solliciti fuerunt DD. in excogitandis cautelis, quibus se ab hoc onere liberare possint Creditores - - -. Vid. etiam terribile exemplum penes eundem. STRYK. U. M. loc. cit. item in Diff. B. D. PRAGEMANNI de Processu liquidationis in antichresi, Jen. 1718. Cap. I. §. 8. sqq.*

§. XV.

Sed ponamus, contractum antichreticum ita olim, non quidem ante CCC vel CCCC, sed ante C annos etiam, factum esse, ut nihil, quod in cautelarum est ordine, desiderari queat, adeo ut simul usuraria pravitas absit, & uterque contrahentium sibi quam artificioissime prospexerit; Et jam videamus: An teneatur Creditor simpliciter accipere quantitatem olim solutam?

§. XVI.

Quod in Praxi teneatur, omnes uno ore clamant Interpretes; Sed forte non erit spectandum quid Romæ fiat, sed quid fieri debeat. Arrogantium saperet, nisi Excell. DN. LEYSERI verba iterum nostra facere vellemus; Licet igitur ejusdem

dem ornatissimæ Meditationes in omnium fere manibus sunt,
tamen verbotenus huc transferemus Med. 13. Spec. 155. Vol. III.

Creditori post centum pluresve annos eandem, quam ipse olim
numeravit, summam, obirudi, iniquum est.

BRUNNEM. ad l. 9. de Pign. act. n. 9. & in Cons. 130. plurimis exem-
plis ostendit, actionem pignoratitiam post C, CC, CCC, aliquando
CCCC annos admisam & debitoris hereditibus facultatem luendi pi-
gnus concessam fuisse. Nec improbo hoc, ut in Medit. 9. hujus spec.
dixi. Illud vero improbo maximè & iniquissimum puto, quod post
tanti temporis decursum creditor eandem, quam olim debitori nume-
ravit, summam recipere cogatur. Profecto, qui ante CCCC annos
mille solidos numeravit, si hodie eosdem solidos recipit, id, quod de-
dit olim, non recuperat. Autæ est hodie in immensum auri ar-
gentique copia, postquam America detecta, & tor, qua olim latue-
runt, etiam in Europa nostra metallifodina aperte fuerunt. Autæ
hinc quoque sunt rerum pretia. Quod ante CCCC annos mille solidos
valuit, hoc hodie sex millibus vix ac ne vix quidem emetur. Is
igitur mille ante CCCC annos mutuo data redduntur, nec dimi-
diuum ejus, quod ipse dedit, recipit, atque adeo de iniquitate re-
cepta in judicis sententia juste conqueritur. Oportebat igitur actionem
pignoratitiam arbitrariam fieri, & debitorum pignus relinquentem
non in id, quod majores ejus olim accepérunt, sed in maiorem sum-
mam ex equo & bono damnari. Verum hac observatio etiæ justissima,
magis ad jus constituendum quam constitutum pertinet, nec magi-
strani secundum leges judicant, sed legislatori convenit. H&C
LEYSERUS.

§. XVII.

Non multum ab hac meditatione abeunt, quæ RAUCHB.
P. I. qu. 20. n. 11. habet, & quæ suæ Dissertationi supra citatæ
inseruit etiam B. PRAGEMAN. Cap. II. §. 11. his verbis: *Falsum
est, ut nonnulli a scepticismo antichretico prope abfuerint & in hac
controversia absque imperiali vel principali decisione nil certi statuen-
dam esse crediderint.*

§. XVIII.

Quia non concipimus hac vice sententiam, sed scribi-
mus

mus dissertationem academicam, placet illi judicio Leyferiano plane subscribere, & dubia contra illud movenda experitare, & si tanta fuerint, ut rectiora svadeant, illis locum relinquere. Quod autem creditor tamdiu in re aliena fuerit, versatus, non obstat, nam fuit equidem res aliena ratione dominii, sed non ratione oneris, & si creverunt reditus, crevit & jam soluta olim fortis quantitas, juxta nostrum videlicet computum; Denn (utimur positionibus in hac dissertatione germanicis passim, quo eo clariss res exprimatur, & putamus neminem velle ut adeo fastidiosi & fastidiosi simus) so wie sich vor 100 Jahren e. g. 100. Rthlr. Einkünfte gegen das Capital von 2000. Rthlr. verhalten haben, so muß nun, da das Pradium nun commode 200. Rthlr. tragen kan, das Capital auch als dagehin gewachsen, geschäget werden, daß die Proportion herauskomme; Es wäre denn daß die Meliorationes, welche doch auch dem Creditori ersehen werden, und nicht die Geld-Beränderung allein, das Fundament der gewachsenen Einkünfte wären. Accedit, quod Creditor juxta naturam hujus contractus periculum etiam fructuum habuerit, quia contractus sub pacto antichretico continet, certo respectu, aleam; Ut taceamus, debitorum ipsum in culpa esse, quod non ante relutionem fecerit.

CASUS SECUNDUS:

Cnejus hat auff eine alte Obligation, datirret 1629 von eius Universitate 1000. Rthlr. zu fordern, und es wird dahin das Debitum agnosceret, daß man ihm das Capital mit den Zinsen bis ans alterum tantum zahlen will; Creditor will aber mit 1000. Rthlr. nicht zufrieden seyn, sondern stellet vor, wie er, wegen des veränderten Geldes, wenn er auch nun 1500. Rthlr. friegte, kaum so viel erhielte, als anno 1629. 1000. Rthlr. importiret.

Quæritur: AN POSSIT OBTINERE SENTENTIAM PETITO CONFORMEM?

B 2.

§. XIX.

Quod iuxta haec tenus receptam praxin non sit optatam obtenturus sententiam conclamatum esse scimus. Sed disseramus iterum de eo, quod æquitas syadere videtur; Atque sic statim, quia, si non majora, tamen paria cum antichretico creditore jura habere debet talis creditor, nulli dubitamus, quod est audiendus, ob notorium intentionis fundamentum, & potissimum quia in facto supponimus, quod licet sœpe universitatem interpellaverit, tamen nihil haec tenus potuerit impetrare; Si enim nemini solemus esse contrarii in Jure nostro, qui damnum ex mora & aliud interesse radicatum allegat, sane & hic Creditor indemnitatem tantum postulat. An autem præcise 1500. Rthlr. vel aliam quandam arbitrio æqui & prudentis judicis determinandam summam prætendere possit, non adeo ad teruncium usque circumscribere volumus vel possumus. Plura de hoc casu scribere nolumus, sed parati sumus dissentientibus in confliktu satisfacere. Conf. interea l. 3. & l. 22. ff. de Reb. Cred. l. 99. ff. de Solvit. quam supra verbotenus exscriptissimus; Et LEYSER. loc. supra citato, ubi statuit, illum, cui hodie olim mutuo data in stricta quantitate antiqua redduntur, nec dimidium ejus, quod ipse dederat, recipere, atque adeo de iniuritate receptæ in judiciis sententiae, juste conqueri.

CASUS TERTIUS.

Paulus hat ein Land-Gut gekauft 1689, und 1715. kommt Javolenus und prætendiret dasselbe ex Jure Retractus, meynend es sey nicht mehr schuldig davor zu geben, als was anno 1689. davor gezahlet; Paulus beschwert sich darüber, aus dem Fundament, weil die Güter nach der Zeit im Wehr gestiegen; Retrahens antwortet: Das Jus Retractus bringe es nicht anders mit sich.

Quæritur: QVID SENTIENDUM?

§. XX.

RESP. Placuit hunc casum in terminis proponere, prouti
sundem

eundem communicavit Excell. DN. LEYSERUS Medit. ad Pand.
 Vol. III. Spec. 193. med. 9. supponens, quod singulari ex ratione
 jus retractus, alias a die scientiae annale tantum, post adeo
 multos potuerit exerceri annos. Pronunciarunt Excell. Do-
 mini Helmstadienses negative & contra Primum emtorem,
 addideruntque rationem: Es wird jezo kein neuer Rauff ges-
 schlossen, sondern nur der vorige annulliret; Quia autem ipse
 DN. LEYSER. scribit: Res profecto dubio non caret, quia Frid. II.
 in 5. F. solvero jabet JUSTUM PRETIUM cum legitimis usuris &
 expensis necessariis; Justum vero pretium est, non quod olim solutum,
 sed quo res in praesens venire potest, l. 52. S. 29. ff. de Furt. Non
 adeo inique & illum sentire, pace magnorum Virorum, de-
 fendi posset, qui justum pretium secundum NUNC non se-
 cundum TUNC æstimaret. Nam licet verba Fridericana ele-
 ganter satis exposuerit Exc. DN. LEYSERUS, tamen statuere
 liceret, Imperatorem mansisse in natura & ordinaria ratione
 juris retractus, vi cuius exerceri tantum illud potest per an-
 num, intra cuius lapsum non adeo possunt pretia rerum mu-
 tari, die Githter in ihrem Wehrt steigen. Et consequenter in
 casu adeo singulari, post longum tempus per restitutionem
 in integrum, vel aliam benevolam rationem, existente, vo-
 ces JUTSUM PRETIUM feliciter ita explicari possunt, ut mo-
 derni temporis habeatur ratio; Potissimum si empator primus
 nihil commisit, cur æquitatem sit indignus, (qualem tamen ca-
 sus Leyserianus supponere videtur, dum de simulatione so-
 lutio majoris pretii ad deterendum retrahentem, quædam in-
 terjecta sunt,) & quia potius imputandum erit culpa retrahen-
 turi, quod citius jus suum non sit prosequutus. Ut taceau-
 mus si semper ita pronunciare amaremus, evenire etiam pos-
 se casus, quibus ob deteriorationem, sine primi emtoris cul-
 pa interea factam, retrahens haberet, quod sibi proficuum du-
 ceret.

§. XXI.

Sed hæc scripta sunt, salvo rectiori judicio. Conf. ill.
 WERNHER, Obj. For, P. 9. Obj. 165. que licet in thesi hunc ca-
 sum

sum non concernat, tamen habet quæ per argumentum in favorem primi emtoris flecti possunt, præsertim in ultima decidendi ratione, corroborata testimonio. MEVII P. 2 Dec. 172. n. 5. Urgetur enim in illa, jus retractus fieri debere salvo alterius jure, & licet designet venditorem, tamen & bona fide emens etiam alter & quidam est, & quidem talis, qui hic seu damnum vitaturus concurrit cum eo, qui lucrum captat. Si quis igitur damnum sentire meretur, sentiat illud mala fide vel multa culpa vendens, non emtor, illius facti illegitimi haud particeps. Res enim quilibet præsumitur esse in statu regulariter tali, ergo emtor non debuit sollicitus esse, an præsumit retractus adeò magnum in jure nostro alias habet favorem, ut per illud tam graviter quisquam lœdi debeat, est potius ex genere odiosorum, quæ strictè interpretamur. Vid. Ejusd. WERNHER. Obs. For. P. I. obs. 198. n. 1. B. SCHOEPFFERI Synops. Pand. tit. de Contrah. Emi. n. 52. f.

CASUS QUARTUS.

F. hat an G. vor 29. Jahren einen Garten vor 400. Mthl. wiederküßlich binnen 30. Jahren abgestanden, und es ist nicht deutlich exprimiret, ob er ihm alsdenn solle nur die 400. Mthl. wiedergeben, oder was der Garten zu der Zeit wehrt seyn kan.

Quæritur: AN DEBEATUR ID, QUO HORTUS IN PRÆSENS VENIRE POTEST?

J. XXII.

RESP. Solidis rationibus Excell. Dn. LEYSERUS l. c. spes. 19. med. 9. non quidem de horto, sed in genere, evicit, quod dare debeat tantum, quantum hortus tempore revenditionis ætimari potest. Usus est l. 18. ff. de Pact. l. 52. s. 29. ff. de Furt. l. 38. ff. de R. V. l. 3. C. de Jvr. emphyt. l. 5. C. de Locat. c. 4. X. de loc. cond. Allegavit Conflit. Elec. Sax. 33. l. P. 2. per quam in Saxonia res dubio caret; Vocavit in subsidium BERLICH. l. 2. Consol. 2. n. 39. Refutavit CARPZOV. P. 2. C. 1. Dif.

def. 22. & ab illo alleg. DD. ut & SCHILTERUM de Jure Revend. Cap. 12. §. 10. sqq. contrarium tenentes. Sed hic Casus non adeo ad nostrum spectat thema, apposuimus autem eundem capropter, ut inde eliceremus sequentem.

CASUS QUINTUS.

F. Hat an G. vor 29. Jahren einen Garten auff 30. Jahre wiederlaufflich verkauft vor 400. Mthl. und zwar deutlich alsdass dereinst er solle und wolle 400. Mthl. wiedergeben. Nun will F. wiederkauffen.

Quæritur: ANNON EVINCI POSSIT, ATTENDANDAM ESSE PROPORTIONEM ILLORUM 400. THALERORUM PRO RATIONE TEMPORIS MODERNI!

§. XXIII.

RESP. Obstat revendenti communis DD. consensus; Obstat pactum expressum, adeò ut nulla species superesse videatur, sub qua vel unum thalerum ultra 400. pretendere posset. Sed forte, imo quantum nobis invenire licuit, certè, ante Excell. Dn. LEYSERUM nemo in eam adeò profunde penetravit meditationem, quam allegato supra Spec. 15. med. 13. Vol. III. insinuavit, quod scilicet post haud adeò breve temporis intervallum, quale etiam tricennale est progenio seculi moderni, insigniter mutetur pecuniae valor in relatione ad res pro 100. vel 400. thaleris comparandas. Unde, licet is ipse Dn. LEYSERUS Spec. alleg. 191. med. 9. accedat dicto communi DD. consenfui, non adeò imprudens tamen futurum esse existimamus, si prudentis judicis arbitrium velit: Das, ob wol expresse bedungen, dass dereinst beym Wiederkauff 400. Mthl. wieder zu zahlen; Dennoch der Wiederkauffer, in Betracht, dass 400. Mthl. von 1700. und 400. Mth. von 1729. nicht mögen gleich geschähet werden, demselben (e. g.) 450. Mthl. als Wiederkauffs Pretium zugeben schuldig sey.

§. XXIV.

§. XXIV.

Rationes judicem moventes, inter alias, etiam possent esse, quod revendor certo respectu jura Creditoris habeat quæ in l. 3. & 22. ff. de Reb. Cred. & l. 99. ff. de solut. Sunt clare exposita; Imò quod omnia intelligenda & interpre-tanda sint sub clausa: *Rebus sic stantibus;* Nec destitutus esset Judex omni DD. calculo, videantur allegati apud PRUCK-MAN. Vol. 2. Conf. 20. n. 41. & BERLICH. p. 2. Concl. 2. n. 39. & STRYK. Tr. de succ. ab Int. Diff 6. c. 4. §. 19. Legat etiam qui his accedit, rationes & auctoritates quarens STRYK. Us. mod. ff. Tit. de Contr. Emt. §. 53, 54. licet ipse STRYKIUS, communiori accedat. Juvaret igitur, si ita pronunciare re-ceptum fieret, pacto & hoc præcavere clarissimo. Sed sta-mus adhuc in cathedra academica, ubi non Jus facere sed exercitii gratia in problematis etiam versari integrum est. Absit igitur sinistra opinio, & rigidus censor; Adsit placi-dus atque benevolus interpres atque dissentiens.

CASUS SEXTUS.

Lucius besitzet eine Mühle auff Erb-Zins, seit 1647. giebt jährlich an den Grundherrn auff Neu-Jahr 4. Species Rthl. der Herr pretendiret von nun an jährlich 10. Rthl. aus dem Funda-ment, seine Vorfahren hätte das immer so gehen lassen, er müsse flügeln werden; Denn da sich seit so vielen Jahren das Geld gar sehr verändert, glaube er ihm nicht zu nahe zu seyn, daß er etwa 10. Rthl. schätzte das, was vor so langer Zeit 5. Rthl. gewesen.

Quæritur: AN AUDIENDUS?

§. XXV.

RESP. Speciosa quidem sunt, quæ ille Dominus dire-ctus profert; Sed varia ipsi resistunt, quo minus possit finem suam obtinere. Sic enim liquidissimi Juris est, quod in ca-none emphytevtico nulla servetur proportio ad rem in em-phytevsi datam, imo hoc inter alia maximam constituit differentiam specificam inter hunc contractum & locatio-men

nem - conductionem; Et quomodo tantus rigor in puncto caducitatis posset exerceri, si hic contractus non in utroque latere haberet singularia; Licet igitur dentur DD. legi 2. C. de Resc. Vend etiam in emphytevsi locum concedentes, inter quos est *ALVARUS VALASCUS JCtus Lusit.* cajus Traet. celebr. RULANTUS *Theſauro Juris emphytertici inferuit, Vid.* P. 200. sqq.; Tamen alii vel plane difſentiantur, quorum che-
rum ducunt *BARTOLUS, BALDUS, JASON & SPECU-
LATOR;* Vel ſupponunt certam quandam proportionem
paſſim receptam eſſe. Comprobante igitur experientia, imo
teſte ipſo allegato *VALASCO,* canon in minimis conſistere
potest, etiam in uno nummo, vel una gallina, imo uno ovo,
id quod ſatis innuit, canonem qualemcumque dari tantum in
recognitionem dominii directi, conſensu omnium Doctorum
& Legum, quas enarrare ſuperfluum cenfemus. Rebus ita-
que ſic ſtantibus, Dominus Directus ſolam olim determina-
tam pensionem, quam tenuis illa ſit, expeſtandam habebit
& partim honori ſibi ducere quod alicujus ſit Dominus dire-
ctus, partim autem jure protimiseos ſibi competentes & ipe-
xitura aliquando forte caducitatis contentus vivere. Ac-
cedit, quod per diuturnum canonem *Uniformem omnis mutatio
preſcriptione fit excluda.*

ſ. XXVI.

Quam ſtrictè autem illa uniformitas canonis fit atten-
da, docet III. *WERNHER.* Obs. For. P. I. Obs. 75. his verbiſ:
Regulariter qui bona in singulos annos pensionem ſolvendo longo tem-
pore poſſedit, ea tanquam emphytevica aut jure perpetua colonia habere
preſumitur, Trentacing. L. I. Var. Resol. de Jur. emphytevſ. Ref. 10.
n. 1. sq. Adeoque tali caſu pro poſſeffore ſententia ferenda; Nec iſ,
quādiu canonem ſolvit, a Domino expelli poſt, PANSCH-
MANN Vol. I. q. 22. n. 4. ſed hac preſumptio ceſſat, ſi penſio non uni-
formis, ſed ab initio minor, deinceps aucta fuerit; Tunc enim non
emphytevica, ſed ex contractu locationis-conductionis ad poſſeffores
pervenire conſentur, qualia bona Laß. Giltber appellari ſolent, arg.
l. 2. & l. 7. S. ult. C. de Prafer. 30. ann. CARPZ. P. 2. C. 40.

C

d. 1.

d. i. Du. à LYNCKER tit. si ager vestig. S. 21. p. 85. in fin. Hujus enim juris colonarii ea est natura, ut dominium penes concedentem maneat, & sit veluti quedam locatio-conduccio in tempus incertum facta, que pro lubitu a Domino revocari potest. Hac Wernherus.

CASUS SEPTIMUS.

Sulpicius hat eine Erb-Mühle, wovon er jährlich 10. Mchtl. geibet von undencklichen Zeiten her; Jeziger Dominus Fundi bes begehret den Contract zusehen; Der Müller antwortet, er habe leichen: Dominus replicere, so möchte es wol ein alter Michts Contract seyn; Denn man hätte Güter die vor 500. Jahren 100. Mchtl. pension gegeben, die jeho 1000. und mehr trügen; Folglich sollte er auch von nun an eine nach iekigen Zeiten proportionierte pension geben, oder er wolle ihm die Mühle außsagen.

Quaritur: QVID JURIS?

J. XXVII.

RESP. Hicce casus ex anteriori multa ex parte decisio nem nanciscitur, præsertim quia illud argumentum de non necessaria scriptura in emphyteysi civili vid. B. LUDOV. Us. Pr. distinc. jurid. ad tit. si ager vestig. ut & illud de Uniformitate canonis gnaviter urgendum est, quippe ex quibus fuit, quod solo longissimo tempore induci possit emphytevis; & hoc eò magis, quia etiam per locationem in longum tempus dominium utile enasci posse, haud vulgares statuant DD. quibus tam en assensum nolstrum difficulter tribuere solemus. Excludenda igitur penitus erit justi Judicis decreto intentio illius Domini directi, & ablegandus ille erit a titulo de locatione-conductione ad titulum si ager vestigalis &c. Corroboremus hæc dicta iterum verbis ill. WERNHERI Obs. For. P. IV. Obs. 85. Sapissime, inquit, in foro incidit questio, de qualitate canonis prestiti, an emphyteviticarius sit, Erbgins, an vero pensionis ex locato conduccio instar habeat, quam Laß Zins appellans, ubi duo in primis chara-

fforts

Eleres emphyteuticarii canonis notari merentur : Si primo uniformis semper, & neque auctus, neque immensus unquam fuerit ; Deinde si nullam cum fructibus proportionem habeat. Quia nempe recognitio dominii directi, intuitu eius solvitur, in re qualibet, etiam minima, fieri potest.)

CASUS OCTAVUS.

Der Pastor zu N. beschweret sich über seine schlechten Einkünfte, und stellet vor: Es möge vor einigen hundert Jahren da die Kirche fundiret und dotiret, das was er an stehender Hebung und accidentien habe, woll etwas hinlängliches gewesen seyn ; Jezo aber wolle solches zu seiner und der Seinigen Subsistence nicht hinreichen; Begehrte also eine Verbesserung.

Quæritur: AN JURE PETAT?

s. XXVIII.

RESP. Non adeo absonta est interdum hæc querela, satis tuis etiam esset, clericos omnium ordinum salariis & redditibus tantis esse instructos, ut neque sordide vivere, neque in aliotria panis lucrandi causa se distrahere cogerentur. Et quia quamplurima Clericorum salario antiquissimis temporibus sunt constituta, imò illo seculo, cum adhuc in ecclibatu vivere religio juberet, hodie, postquam uxorati & consequenter liberi & ampliori oeconomia onerati sunt, tenuis haud raro est rei familiaris status. Aquisissimum igitur & ecclesia honorificum foret, si temporis & pretii rerum haberetur consideratio; Ast in Jure aliiquid postulare velle, certissimam repulsa secum traheret, potissimum quia pacto sese submiserunt fato suo. Veniat igitur clericus ad limina Principis, & ad humanitatem & pietatem parochianorum, quo bonis verbis impetrat augmentum. Expediti interea Juris ecclesiastici est, quod clericis subsidia sint vel ex redditibus ecclesiae, vel, in

C 2

subsis-

subsidiū. ex collectis inter parochianos certis casibus, præstanda! Vid. B. SCHILTERI Inst. Jur. Can. Lib. I. Tit. 20. §. 7.
Excell. Dr. BOEHMER Jur. Paroch. sect. 7. c. 3. §. 9. & in spe-
cie de emerito cui substitutus adjunctus, CARPZOV. Jurisp.
Const. Libr. I. def. 153.

CASUS NONUS.

Aurelius bewohnet ein Haus zur Miete, "und durch seine Verwahrlosung brennet dasselbe 1729. nieder; Da es nun notorii Juris ist, daß er dasselbe müsse bezahlen, so bringet er bey, daß solches Haus Anno 1696. vor 500. Rthl. von Locatore angekauft worden, will sich auch nicht zu mehreren gesehen; Locatör begehrte 1000. Rthl. nicht eben weil er es sonderlich verbessern lassen, sondern weil man nun des Orts vor 500. Rthl. kein der gleichen Haus kaufen könne.

Quæritur: QVOMODO PRONUNCIANDUM?
S. XXIX.

RESP. Nolumus esse multi circa hanc item dirimendam, quia injurii essemus in veritatem ac justitiam; si illum conductorem non repellere vellemus, modo locator probet culpam per I. II. ff. de peric. & commod. & aestimationem a se factam ante ruinam locum habere potuisse & communem fuisse.

CASUS DECIMUS.

Stimpuria hat ihrem Ehemann vor 42. Jahren z. Hufsen Landes in docem zugebracht, und zwar mit dem expressen bedeuten, daß derselbe damit ganz als seinen eigenen schalten könnte, nur daß der Wehrt der Frauen eigen bleibe; Sothauer Wehrt aber ist niemahls eigentlich determinirt, sondern man hat ohnfehlbare supponiret, daß derselbe bekannt wäre; Nun hat der Mann die selben bisher gendhet, und da die Frau ohne Kinder verstorbet, sind sie so in Wehrt gestiegen, daß da vorzeiten jemand auffs höchste 600. Rthlr. möchte gegeben haben, nun doch, obvöll nicht eben sonder-

sonderliche Verbesserungen daran gemacht, sondern nur impensæ modicæ von Zeit zu Zeit hantwirthlich verwandt worden, die selben Hufen 1000. Mthlr. wehrt geschähet werden. Der Mann offeriret sich zu 600. Mthlr., der Frauen Erben aber wollen 1000. als den jexigen Wehrt der Hufen haben.

**Quæritur: AN ASSISTENTIAM JURIS HABERE
POSSINT?**

§. XXX.

RESP. Evicti Juris est, æstimato in dotem data a marito pro Iubitu tractari posse, adeo ut & alienatio sit absque dubio ipsi permitta, l. 5. C. de jur. dot. Hinc in specie fundum illum Uxoris defunctæ hæredes reposcere non possunt. An autem æstimatio olim facienda, an vero moderna obtineat, anceps videtur esse quæstio. Videtur equidem maritus de lucro captando certare, & dotis favor etiam in jure nostro insignis, adeo ut in dubio pro dote (sed NB. in favorem uxoris ejusque descendientium) sit pronunciandum, per notoria. At rationes contrariae, quæ simul dubitationis pondera removent, sunt prægnantiores, desumptæ nimirum ex claris testibus eorumque pondere, inspiciat l. 5. C. de Jur. dot. Quotiens res æstimata in dotem dantur, Maritus dominium consecutus, summa velut pretii debitor efficitur, si itaque non convexit, ut soluto matrimonio restituerentur, & jure æstimate sunt, retinebit eas, si pecuniam tibi offerat. Summae igitur velut pretii debitor efficitur, & tota lex de æstimatione olim jure facta loquitur. Audiamus etiam l. 10. Eod. Cum dotens te æstimatam accepisse proficeris: Apparet jure communi per pactum, quod doni inheritum est, formatu contractu, ex empto actionem esse. Quis enim dubitet æstimationem a te mulieri deberi, cum periculo tuo res deteriores fiant, vel augmenta lucro tuo recipiantur. Quis non ex verbis: Pericula tuo res deteriores fiant -- caperet argumentum pro marito contraheredes. Addatur l. 10. §. 1. ff. de Jur. dot. quæ ita habet: Si predictis INÆSTIMATIS aliquid acceperit, hoc ad compendium mulieris

C 5

parte

perriner; Si aliquid deceperit, mulieris damnum est. Unde per naturam correlativorum, quorum eadem solet esse ratio, fluit, quodsi **AESTIMATIS** aliquid accessit, compendium esse mariti.

Accessionem autem hanc appellare neminem serio dubitare confidimus. Denique aestimationem venditionis gratia illam appellamus in multis legibus e. gr. l. 16. ff. de Jur. dor. Et l. 5. C. cod. expresse res estimatae in dotem datæ vendite dicuntur, unde novum elucescit argumentum. Sed non opus erit, pluribus hanc caufam liquidam exponere. Utut etiam in casu proposito aestimatio videatur non adeo clare facta; facta ratione illa est implicitè: Es hat sich von selbst verstanden, was der Weht gewesen. Imò adhuc aestimatio fieri potest pro temporis prateriti ratione, si enim tertium dari non adeo potest, estimato in dotem datos esse mansos, libertatem de illis disponendi clarissime significat.

CASUS ULTIMUS.

Longimanus hat 14. Mthlr. (sic enim furtum magnum est, quia in art. 157. Const. Car. memorati Gulden jamdui in praxi accipiuntur pro Ducatis cum suo lagio. Vid. Exc. D. KRESSII Comment. adh. art.) gestohlen; Da er nun dessen überzeuget, scheinet die Urtheil möglich, daß er solle am Leben gestrafft werden. Der constituirte Defensor bringet aber bey: Es wären schon fast 200. Jahre da die Peinliche Hal. - Gerichts- Ordnung eine Norma geworden, ja es schriebe sich dieselbe noch aus ältern Principiis her, Vid. THOMAS. Diss de Occasione, conceptione atque intentione Const. Crim. Hal. 1701. Excell. Dn. KRESS. Ictus Helmst. consummatiss. Praefas. ad C. C. C. Zu den Z. iten wären freylich 5. Gulden ein anscheinliches Geld gewesen; Allein jedoch wäre so viel eine Kleinigkeit, und müste demnach nur i alz ein furtum parvum angesehen und nur arbitraire bestrafft werden,

Quæritur: AN HOC DEFENS'ONIS MOMENTUM SIT ALICUJUS MOMENTI?

S. XXXI.

RESP. Nullum equidem est dubium, quod in Jure novo constituendo Princeps possit furti magni quantitatem altius extendere, quam qualis est juxta Nemesin Carolinam: Verum etiam est, glorioſſimum Legislatorem pro sui seculi ratione quantitatem determinasse; Aſt donec nova talis dabitur lex, hicce Longimanus juxta jus constitutum erit judicandus, & quidem eō certius, quia delinquentes legum ignorantiam offendere non possunt, sed ex contractu sunt puniendi, imo, licet hodie, cum fur quæſitionis facinus suum jam patravit, & ejus convictus est, Princeps novam determinaret quantitatem, tamen hac lex actibus futuris formam præſcriberet, juxta l. 7. C. de LL. & hicce ſur adhuc juxta priorem legem puniendus veniret, niſi forte gratiam ipsi exhibere vellet Princeps. Accedit, quod Legislator possit delicto leviori gravissimam conſtituere pœnam, & ſpeciatim, quod possit diſtinctionem inter furtum magnum & parvum ita contrahere, ut crefcente indies hoc delicto, etiam ob duos thaleros furto ablatoſ capitale irrogetur supplicium. Nullius igitur effet momenti talis longe petita & ingeniosa nova defendendi ratio, niſi alia mitigantia concurrant, ex Art. 160.

ſ. XXXII.

Verum interea eſt, furibus admodum proficuum eſſe mutatum pecuniae statum, Daf̄ iſtē mehr Geld in der Welt iſt als vor dieſem. Interpretamur enim expressos in art. 157 aureos de ducatis cum ſuo lagio; Quia itaq; V. ducati cum lagio hodie faciunt 13. Orth. 36. fl., & olim cum ducatus ſeculo etiam præterlapſo adhuc aſtimaretur 48. groſſis; Vid. Exc. Da. Conſl. ORTHLINGII difſ. cit. Cap. 2. ſ. 12. facerent 10. Orth. trium thalerorum & quod excedit differentiam eſſe a J. Cto atten-dendam, putamus.

ſ. XXXIII.


Sufficient hi examinati caſus, ex Jure Privato, quæ enim ſunt Juris Publici noluiimus afferre, ex quibus & noſtra intentio videtur

videti & similes decidi poterunt. Coronidis loco fiat regula:
*Quoties lex antiqua quantitatem in pecunia determinat, totius aequitas
 valit, ut cum tempore nova fiat determinatio.*

Exempla sumantur ex Legibus Agrariis, denen Gesind und Ziegelhner-Ordnungen; Legibus annonariis denen Victualien-Ordnungen; Ex sportularum judicialium determinatione facta in denen Gerichts-Ordnungen; Ex legibus penalibus certam pecuniariam statuentibus, nam hæc ipsa inter alias est causa, cur Leges Romanas prænam 5, 10, 50 &c. aureorum dictantes in tantum abrogatas dicamus, ut hodie substituenda sint Jure Communi prænae arbitria. Vid. B. SCHOEPFFERI *Synops. Pand. tit. de Jurisdic. in fine.* Ex l. fin. C. de alet. & aliunde.

Exemplum autem ab usuris moribus passim, post Recess. Imp. a quincuncibus ad semissales ascendentibus, hoc non quadrat, siquidem infinita illa erit proportio, das so wie sich auch vor 100 Jahren 5. Rthlr. gegen 100. Rthlr. verhalten, auch noch jeho dieselben zu consideriren: Convetudini igitur illud tribuendum, qua tamen non ubique, nec in supremis Imperiis nostri Judiciis, ut recepta valet.

SUFFICIT.



COROLLARIA.

Quær. An Compensatio inter debitum novum & antiquum locum inveniat? Respondeatur ex superioribus.
In rescindenda venditione recte jubet Imperator respici ad tempus contractus initi l. 4. & l. 8. C. de Resc. Vend. secus enim nulli contractus essent firmi.

Quod per Locationem ad longum tempus transferatur utile dominium inutilis est observatio Carpzovii & aliorum; Et hinc admodum abundans est cautela quam STRYKUS Cant. Contr. Sect. 2. C. 9. §. 6. allegat,

De alimentis futuris transfigi non posse, per l. 8. C. de Transact. non unam habet rationem, Habet etiam & hanc de crescente pecunia.

In Jure Lubecensi Heredibus relinquendi 8. §. 4. Pf æquipollent nihilo. Vid. interea controversia de detrahenda Falcidia penes MEV. Comm. ad J. L. Libr. 2. Tit. 1. art. 12.

CORRIGENDA.

Vix quidem sunt talia, quæ sensum corrumperent,
volumus tamen
p. 8. l. 15. deleri 1000. Rthl.
p. 10. l. 18. legi cui mille &c.
p. 18. l. 10. legi Güter die vor 100. Jahren 100. Rthl. x.



D

Lite-

*Literis ac Moribus Ornatissimo,
DOMINO CROLL,
Auditori & Amico suo humanissimo,
gratulatur
PRÆSES.*

Siccine Tu, *Eruditissime Domine Croll?* qui jam unum pedem in negotiis curiæ habebas, cum adhuc in Dania viveres, retraxisti eundem & ad Academiam te vertere iterum voluisti, expectaturus, quid Dei T. O. M. providentia tibi expediendum sit as signatura. Spera, *Amice humanissime!* & habebis spei tuae felicissimum complementum. Conciliat tibi & morum elegantia & scientiarum congeries omnium bonorum favorem, faxit summum Numen ut tales tibi concilientur, qui non solum virtutes æstimare norunt, sed & magno suo patrocinio fata secundare poterunt. Venis mecum in cathedram, & benè agis; Audacia enim est & singularis philavtia, quod multi putent, etiam sine speciminiis editis quemlibet obligatum esse, ut ex naso judicet quanti qualesque sint, scilicet dignissimi, quibus munera Reipublicæ concedantur. Non ita mundus vult decipi; Loquere ut te videam; Nam non tanta est bonorum viorum penuria, ut non possimus selectum facere. Academias educant filios suos, & lubenter volunt etiam illos cum aliqua solennitate emancipare, quo separatam economiam, (sit metaphoræ venia!) possint ipsis tutò concredere. Hinc admodum consultò in Legibus nostris imponitur cuilibet Studio, ut non sine specimine discedat; specimina autem sunt, pro seculi genio, disputationes academicæ, qui igitur in illis vel respondendo vel opponendo cum laude versatus est, illum digniorem judicat quilibet illis, qui cum paupertate, ut loquitur Poeta, tacuere. Tribus: *Ornatissime Domine! Respondens:* Vive feliciter Dab. festinus d. 10. Jul. MDCCXXIX.

88

Dass nun o Herrhens-Freund auch meine Feder schärf-
fen/
Und deinen grossen Fleiß in diesen Reim entwerfen/
Mein Vers ist sonst schlecht / verkreucht vor andern
sich/
Doch je hund zeigt er sich das macht er rühmet Dich.
Der Nieder-Schwarz muss sich vor deinem Wissen
schmiegen/
Du bist zum zweyten mahl schon auff den Stand gestiegen/
Wo man Gelehrsamkeit vor vielen andern zeigt
Und durch besondern Zug auff hohe Stufen steigt
So fahr denn ferner fort; Es wird Dich Dein Bemühen/
Du hast es ja verdient / zu Glück und Ehre ziehen.
Zieh Du nur ganz vergnügt zu Deinem Schicksahl ein/
Ich will als denn wie jetzt

DEIN
treuer Diener seyn.

M. CAROL. LUDOV. TETSCH,
Regiom. Borussus. Opponens.

Du eilest wehrter Freund ! anjezo aber mahl
Zu der Catheder hin. So recht, dis ist zu
loben,
So wird Dein muntrer Fleiß durch Ehr und
Ruhm erhoben,
Ich wünsche: daß ich Dich bald möge in der Zahl
Der hochgepriesenen berühmten Männer sehen,
Die mit dem Doctor-Hut von der Catheder gehen.


Dieses sezte seinem Wehrtgeschätzten
Freunde

J. M. PASTAU, Opp.
D 2 Was

GAs ist Gelehrsamkeit / die man vor sich behält/
Wodurch man außer sich sonst keinem nicht gefällt?
Sie ist ein todtes Gold in tieffer Gruff vergraben/
Worzu wir Menschen nur die leere Hoffnung haben:
Doch bringt man ihren Glanz ans Tages-Licht herfür
So hält man sie erst werth / so blincket sie da und hier/
Und kan durch seltnen Trieb der Menschen Herz und
Sinnen /

GWie ein entdecker Schatz im Augenblick gewinnen.
Du legst / Sehrter Freund / jezt rühmlich an den Tag/
Was unermüdeter und wahrer Fleiß vermag/
Da du nun abermahl auff den Catheder steigest/
Und deinen reichen Schatz der Wissenschaften zeigest
Die Musen loben Dich und freuen sich mit mir /
Doch bringt mein schwacher Kiel kein eignes Lob-Lied für/
Denn deiner Wissenschaft mit Ruhm entdeckte Proben/
Die müssen jederzeit so Freund / als Feinde loben.

Aus Ergebenheit setzte dieses
C. G. THALMEYER,
Zittay. Luf. Oppon.



Rostock Diss., 1728-32




3

f

Sb.

B.I.G.



Q. D. B. V.

DISSE^TRAT^O ACADEMICA,

CRESCENTE PECUNIA,

Ob, und wie weit ein Rechts-Ge-
lahrter bemerden müsse, daß jetzt mehr
Geld in der Welt sey als vor diesen.

Quam
CONSENSU MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS,
IN ACADEMIA VARNO-BALTHICA,

P RÆS I D E,
**DN. ERN. JOH. FRID.
MANTZEL,**

JUR. UTR. & PHIL. DOCT. ac MORAL. PROF. ORD
STUDIORUM SUORUM PROMOTORE

COLENDISSIMO,
Anno MDCXXIX. d. 16. Julii

H. L. Q. C.
defendet

SIMON CROLL, Ciza-Misn.

Jur. Utr. Cultor.

ROSTOCHII,

Typis NICOLAI SCHWIEGEROVII, Ampl. Senat. Typogr.

